

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei

venerebili fratri **Laurentio Bianchi**, hactenus Episcopo Sciamchiamenti, electo Episcopo titulo Sorrensi, salutem et apostolicam benedictionem. Qui abhinc plures annos, inter principes ascitus populi Dei, ecclesiam Sciamchiamentensem regendam susceperis et mira animi fortitudine ac stabili, in rebus aduersis, constantia, pro Christi et Evangelii causa, - bonum certamen certasti: 2 Tim. 4-7 -, iam iustus de causis, ut a gravi dioecesis regimine levareis potuisti. Accipe quidem sinceris ex animo Nostris gratulationes et laudes, cum probe noveimus pastoralis munusculi exercitium tam praeclaris factis nobilitatum esse ac te largam messorum messem in dissitis missionum terris collegisse. Pro egregia autem existimatione et impenso benevolentiae studio quibus te prosequimur, de suprema Nostra potestate, audito Sacro Consilio Christiano nomini propagando, hanc tuam cessionem ratam habentes, te, venerabilis frater, dum vinculo soltimus Sciamchiamenti Ecclesiae, titulo **Sorrensis** Sedis ornamus, quam ad praesens vacare contingit, fructibus igitur omnibus iuribus et privilegiis, quibus huiusmodi sacra Episcoporum auctoritas gaudet, tenebris autem translationis oneribus. Volumus vero ut ad iteranda rituali fidei professione atque iure fidelitatis iurando, lege canonica praescriptis, libereis, contrariis non obstantibus quibuscumque, te demique, venerabilis frater, bene valeere iubemus atque omnipotentem Deum, Pastorem fortitudinem ac praemium, ex animo precamur ut te, superiorum solaciorum dulcedine repleat et det multos adhuc in nobili Aetnae terra per te salvos fieri ardore sacrarum precum atque oblata tolerantia malorum. Datum Romae, apud S. Petrum, die trigesimo mensis novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostris sexto. - S. S. -

Aloisius Card. Castelli
S. R. E. Cancellarius

Franciscus Tonello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Castellani, Secretarius Apostolicus
Eugenius Savi, Notarius Apostolicus